

SOC. DE L'UNIVERSITÉ




THESES
ANCIENNES

DU

XVII. E SIECLE

1



THESES ANCIENNES


Exemplaires coupés, sans les gravures.

(270 thèses en 2 v.obl.)

--ooOoo--

Discipline:	Soutenue le:	Volume: N°:
ALESME (Jean d').....Philosophie	...Juin 1639	I 2
ARNOUX (F.Martial).....Théologie	31 août 1669	I 3
ASSELINE (Jean).....Philosophie	6 août 1661	I 4
AUBERT (Jean).....Philosophie	18 août 1662	I 5
AUBERT (Jean).....Théologie	3 juill.1660	I 6
AUGET (Paul).....Théologie	29 janv.1666	I 7
AUMONT (Léonard).....Philosophie	28 juill.1668	I 8
BACHELIER REMUS(Nicolas).....Théologie	4/févr./1662	I 9
BARIN DE LA CALISSONNIERE (Henri-Louis).....Théologie	26 août 165..	I 11
BARRÉ (Charles).....Philosophie	22/juill/1666	I 12
BASTONNEAU (Robert).....Théologie	/8 févr/1662	I 13
BAUDO (Pierre).....Théologie	...mars 1666	I 14
BAUDRAND (Henri).....Théologie	28 mai 1664	I 15 ,et 15bis.
BEAUVREAU LE RIVAU (Pierre-François de).....Théologie	10 juill.1659	I 16 ,et 16bis.
BEGON (Scipion).....Théologie	/6 aéc./1669	I 17
BELLOCIER (Charles).....Philosophie	4 août 1668	I 18
BENNIER (Charles).....Théologie	24 mai 1662	I 19
BEFFUYER (Simon).....Philosophie	19 juill.1662	I 20
BERTRAND DE LA PÉROUSE(François de).....Philosophie	?	I 21
BILLET (Nicolas).....Théologie	22 mars 1670	I 22
BINARD (Pierre).....Théologie	30 Juill.1669	I 23
BLAKE (Fr.Henri).....Théologie	/23/fév.1631	I 24 ,et 24bis.
BLOVET DE CAMILLY(Pierre-François).....Théologie	17 nov.1661	I 25
BLOVET DE THAN (Jean).....Théologie	9 août 1662	I 26
BOETELLE (Adrien).....Thèsesophie	17 août 1663	I 27
BOISCOURION(Anianus de).....Philosophie	14 avr. 1666	I 28
BOLLIOD (Jean).....Théologie	24 mai 1669	I 29
BONNET (Jacques-Florent).....Philosophie	5 juill.1665	I 30


BOUCHER (Joseph).....Théologie	/4/Janv.1663	I 31
BOUCHER (Joseph).....Droit canon	3 décem.1663	I 32
BOUCHERON (François).....Théologie	13 janv.1662	I 33
BOUILLON (Emmanuel-Théodore de La Tour d'Auvergne, duc d'Albret, Cal de).....Philosophie	16 août 1660	I 1
BOUQUIN (Robert).....Théologie	...déc. 1664	I 34
BOURGEOIS (François).....Théologie	6 févr. 1665	I 35
BOURREE DE REVELLON (Jacques).....Théologie	30 avr. 1663	I 36
BOVIAC (François).....Théologie	8 octob.1661	I 37
BRAGELONGNE (Pierre de)....Philosophie	31 juill.1661	I 38 ,et 38bis.
BRIDIEU LINIERES(Roger-Antoine de)Théologie	19 avr. 1655	I 39
BRINDEAU (Pierre).....Théologie	15 févr.1656	I 40
BRINDEAU (Pierre).....Théologie	24 oct. 1661	I 41 ,et 41bis.
BRUNO (F.Didier).....Philosophie	13 juill.1670	I 42
BURNEL (Guillaume).....Théologie	23 janv.1662	I 43
BURTIO (Etienne de).....Théologie	...mars 1662	I 44 ,et 44bis.
BUTILLIER (Edouard).....Philosophie	2 août 1665	I 45
CAMUS DE BAIGNOLZ (Carolus)Théologie	11 févr.1654	I 10
CAMUSAT (Pierre).....Théologie	/5 mai/ 1649	I 46
CAMUSET (Louis-Jean).....Philosophie	16 juill.1662	I 47
CAMUSET (Pierre).....Philosophie	13 août 1662	I 48
CAMUSET (Pierre).....Théologie	3 juill.1669	I 49
CANAYE (Charles).....Philosophie	10 août 1666	I 50
CARDONVILLE (F.Charles de)Théologie	3 juill.1662	I 51
CASTEL (François Ferrard) Philosophie	25 juin 1668	I 52
CATINAT (Clement).....Théologie	3 juill.1663	I 53
CAVELIER (Antoine).....Philosophie	6 juill.1659	I 54
CAVOYE (Pierre de).....Philosophie	28 juin 1663	I 55
CERMOISE (Paul).....Théologie	26 janv.1664	I 56
CHAPPELLAIN (César).....Théologie	6 févr. 1662	I 57
CHARDON (Jean).....Philosophie	24 juill.1670	I 58
CHARPANTIER (Nicolas).....Théologie	26 juill.1663	I 59
CHARTON (Médéric).....Philosophie	17 oct. 1662	I 60
CHARTRAIRE (Germain).....Théologie	/12/jan.1662	I 61
CHEMINEAU DE MARCAYS (François).....Philosophie	10 juill.1661	I 62
CHEON (Pontius).....Droit canon	30 août 1658	I 63 ,et 63bis.
CHESNEL (Louis).....Théologie	27 oct. 1662	I 64 ,et 64bis.
CHOMEL (Claude).....Philosophie	/30/août1654	I 65 ,et 65bis.
CLEMENT (Claude).....Théologie	/27/août1664	I 66
CLEMENT (Claude).....Théologie	30 déc. 1665	I 67
CLEMTONT-TONNERRE DE CRUSY (Antoine-Benoit).....Philosophie	6 août 1662	I 68



1158445544

COLMAN (Daniel).....Droit	20 mars 1666	I	69 ,et
		I	69bis.
COMMINGE (Pierre).....Philosophie	10 juill.1661	I	70
COMPAIN (Adrien).....Théologie	4 juill.1669	I	71
CONSTABLE (Guillaume-Edmond de).Philosophie	13 juill.1669	I	72
COTTY (F.François).....Philosophie	13 août 1662	I	73 ,et
		I	73bis.
COUREAU DE PRESSIAT (René)..Théologie	31 janv.1662	I	74
COURTOT (F.François).....Théologie	21 janv.1662	I	75
COUSIN (Nicolas).....Théologie	6 juill.1669	I	76
COUSIN (Nicolas).....Droit canon	4 décem.1669	I	77
CRAMOISY (Jean).....Théologie	16 juin 1666	I	78
DACLIN (Charles-Larent)...Théologie	6 août 1669	I	79
DALY (Thaddée).....Philosophie	27 juin 1666	I	80
DATON (Guillaume).....Philosophie	24 août 1664	I	81
DEHANUS (Jacques).....Philosophie	8 sept. 1658	I	82
DELAMET (Léonard).....Théologie	26 juin 1655	I	83
DELATRE (Alexandre).....Théologie	4 janv. 1653	I	84
DELECEY (Gabriel).....Théologie	22 août 1669	I	85
DEMORGUES (Joseph+Scipion).Droit canon	23 avr. 1665	I	86
DEMOUHERS DE LA GRANGE (Jean)...Philosophie	6 août 1662	I	87
DESCAULES (Louis).....Philosophie	29 juin 1665	I	88 ,et
		I	88bis.
DES HAYS DU FOSSARD (Louis).Philosophie	25 juill.1662	I	88 ,et
		I	88bis.
DESPINAY DE SAINT LUC (Louis).Philosophie	29 août 1666	I	90
DEVOUGES (Claude).....Théologie	11/fév.1653	I	91
DIROYS (François).....Droit canon	12 févr.1665	I	92
DROUARD DES MARESTS (François).Théologie	11/Jan.1662	I	93
DROYNET (F.Charles+et GAZON (Simon).....Théologie	11/avr 1657	I	94
DU FOUR (Pierre).....Théologie	26 nov. 1665	I	95
DUFOS (Pierre).....Philosophie	20 août 1662	I	97
DU MESNIL POTTIER (Charles).Philosophie	16 juill.1662	I	96
ESOURAILLE (Francis d')..Théologie	6 mars 1662	I	98
ESMERY (Pierre).....Philosophie	25 août 1659	I	99
FAUVEL (André).....Philosophie	10 août 1652	I	100
FERON (Nicolas).....Philosophie	17 juill.1667	I	101
FERRARD (Philippe).....Théologie	7 sept. 1669	I	102
FOIX (Henri-Charles).....Philosophie	11 sept.1661	I	103,et)
		I	103bis)
		I	103ter)
FORCEDEBRAS (Charles).....Théologie	15 mai 1656	I	104,et)
		I	104 bis)
FOUCQUET (Yvon).....Philosophie	25 juill.1646	I	105
GALLYOT (Charles).....Théologie	23 juill.1669	I	106
GARNIER (Antoine).....Philosophie	20 juin 1648	I	107
GERARD (Isaac-Anselme)....Théologie	30 janv.1664	I	108
GIFFORD (Bonaventure).....Théologie	26 janv.1672	I	109
GIRARD (F.Sébastien).....Théologie	13 sept.1657	I	110
GOBERT (Michel).....Philosophie	21 juill.1667	I	111

GODET (Pierre).....Philosophie	25 juill.1660	I	112 ,et
		I	112bis.
GODET DES MARAIS (Paul de)..Philosophie	24 juin 1667	I	113
GONDOVIN (Raymond).....Physique	16 août 1664	I	114
GORRE (Jacquès).....Philosophie	9 juill.1666	I	115
GUYET DE BECHEREL (François)Théologie	4 décem.1657	I	116
GROYN (Germain).....Théologie	27/fév.1662	I	117
GUENON (François).....Théologie	2 mai 1663	I	118
GUERIN (Etienne).....Théologie	17 juill.1654	I	119
GUIGNARD (André).....Théologie	14 nov. 1653	I	120
GUILLOU (François).....Théologie	...janv.1655	I	121
GUILLOIRE (Louis).....Philosophie	10 août 1661	I	122
GUITONNEAU (Adrien).....Philosophie	19 août 1659	I	123 ,et
		I	123bis.
HACTE (Nicolas).....Philosophie	19 août 1659	I	124
HAMEAU (André).....Théologie	15 nov. 1667	I	125
HAMON (Jean).....Médecine	 1645	I	126
HAMON (Jean).....Médecine	 1646	I	127 ,et
		I	127bis.
HARLE (Jean-Baptiste).....Philosophie	1er août 1661	I	128
HEDEMAN (Donat).....Philosophie	7 juin 1664	I	129 ,et
		I	129bis.
HENNEQUIN (François-Louis).Philosophie	9 juill.1653	I	130 ,et
		I	130bis.
HOULLIER (Etienne).....Philosophie	22 juill.1661	I	131
ILLIERS D'ENTRAGUES (Joseph d')..Philosophie	26 juin 1657	I	132
JAPPIN (Jean-François)....Droit canon	19 févr.1661	I	133
JAPPIN (Jean-François)....Théologie	16 nov. 1661	I	134
JARDE (Pierre).....Théologie	9 juin 1662	I	135
JOLLAIN (Jean).....Théologie	15 déc. 1662	I	136
JOLY (Melchior).....Philosophie	16 août 1660	I	137
JOUVANCOURT (Nicolas).....Philosophie	9 juill.1662	I	138 ,et)
		I	138bis)
		I	138ter)
JOUVIN (Jacques-François)..Philosophie	28 janv.1663	I	139
JUIF (François).....Théologie)	28 juin 1644	I	140
LABORIE (Jean).....Théologie	23 oct. 1659	I	143,et)
		I	143bis)
		I	143ter)
LAFEMMAS (Laurent de).....Théologie	?	I	144
LA HAYE (Laurent de).....Théologie	24 nov. 1659	I	142
LAISNE (Jean).....Théologie	1er juin 1669	I	145
LAMARTELIERE (François de).Philosophie	2 août 1654	I	146 ,et
		I	146bis.
LAMY (Jean).....Théologie	12 mai 1656	I	147
LAMY (Jean).....Théologie	5 mai 1658	I	148 ,et
		I	148bis.
LANGAN DE BOISFEVRIER (Robert de)...Philosophie	20 juill.1659	I	149
L'ANGLE (Nicolas de).....Philosophie	10 août 1663	I	141
LANGLE (Robert de).....Philosophie	2 juill.1662	I	151
LANGLEE (François).....Philosophie	13 févr.1665	I	150



SACRAMENTA Legis Evangelicæ quæ à Christi in cruce pendens latere velut tot fontes aquæ salientis in vitam æternam profluxerunt. Non enim sunt arida tantum aut inania promissionum Dei sigilla (vt comminiscuntur Caluinistæ) sed gratiæ sanctificantis, efficacia signa, quæ eandem significant & largiuntur: an Physicè, an moraliter tantum? Consule Patres, & virtutem plusquam moralem apud ipsos reperies, quibus nec ipsa ratio repugnare videtur. Quamuis Sanctus Augustinus dicat, nullum hominum cœtum, siue veræ, siue falsæ religionis nomine, posse quasi vnum corpus coagmentari, nisi aliquo visibili signorum federe coniungantur; non inde tamen omnipotentia Dei limitatur & coarctatur in suis donis largiendis, vt Sacramenta vlllo in statu naturæ humanæ, siue integræ, siue lapsæ, siue per Christum reparatæ, sint ad salutem absolutè necessaria. Pro breuissimo illo temporis spatio, quo status innocentie durauit, nulla de facto Sacramenta fuerunt instituta: At non inconueniens videtur quædam à Deo institui potuisse, si felix ille status diutius perseverasset.

FERVUNT in omni lege remedia quædam sensibilia, quibus originale vulnus sanabatur. Deum in lege naturæ famulis suis, signo quodam externo opitulatum fuisse, probabilissimum est. In Moïsa verò lege auxilia quædam extitisse satis perspicuum est. Celeberrimum fœdus olim pepigit Deus cum Abraham. dùm Circumcisionem in signum fidei & iustitiæ ei concessit; non minus propterea egeum fuit & vacuum elementum; attamen ex quo instituta est in populo Dei ad significationem purificationis originalis veterisq; peccati, multum valebat, sicut & baptismus (inquit Sanctus Augustinus:) sed parem in vtroque virtutem, sanctum illum doctorem agnouisse, non puto. Antiquæ enim, inter & nouæ legis Sacramenta, magnum discrimen intercedit: illa namque salutem tantum promittebant, hæc verò Saluatorem donant: illa ex opere, vt aiunt, operantis; hæc ex opere operato, non tantum gratiam internam & sanctificantem, quæ est omnium communis effectus, producant; verum etiam quodlibet eorum, auxilium peculiare suppeditat, quo quisquis illud dignè suscipiens, Sacramenti finem consequi possit.

CHRISTIANA Sacramenta, tribus perfici dicuntur ab Eugenio 4. in decreto instructionis Armenorum, videlicet Rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, vnde ad minus virtualis in eo requiritur intentio, cum actualis non possit semper adesse, & habitualis non sufficiat. Fides & probitas in ministro non sunt absolutè necessaria. Quænam autem verba sunt Sacramentis essentialia? ea non sunt promissionis, neque concionis, vt dicitur Caluinus, sed consecrationis. Christus ita materiam & formam determinauit, vt si huius sensus, vel illius ratio mutetur, procul dubio nullum sit Sacramentum: si verò verborum sensus & ratio rerum remaneat, licet minister peccet ea immutando, validum est Sacramentum. Septem sunt Sacramenta, omnia à Christo Domino instituta; sed non omnia ab omnibus, sed alia ab aliis ministris conficienda. Tria, Baptismus scilicet, Confirmatio, & Ordo characterem imprimunt in anima, qui est forma quædam absoluta, & signum aliquod spirituale & indelebile; ideoque in eadem persona non iterantur.

BAPTISMVS Sacramentum est regenerationis, inter nouæ legis Sacramenta ordine & necessitate præcipuum. Diuinum illud renouationis & illuminationis mysterium, nulla propius attigit figura, quam Ioannis Baptismus. qui neque veteris, neque nouæ legis, sed inter vtraque medium, & Christiani lauacri præcursorium Sacramentum fuit, Baptismum enim Christi præfigurabat, & ad eundem homines, qui postea co renasci debebant, præparabat: Ioannes quidem predicabat baptismum penitentiae in remissionem peccatorum, quæ tamen non remittebat: vnde qui hoc baptismo loti fuerant, rebaptizandi erant Spiritu sancto. Ad institutionem baptismatis, multa Domini facta dictaque pertinent, quò sit vt variorum patrum varia sit sententia circa tempus institutionis eiusdem: sed probabilis sententia videntur, qui tunc institutum volunt, quando Christus ad Nicodemum dixit, *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei*. Ante Christi Domini passionem ab Apostolis collatum fuisse verisimile est. Non continuò tamen, obligare cœpit, sicuti nec Circumcisio, cum cæteris legalibus in morte Christi statim cessauere, sed dumtaxat postquam sufficiens facta fuit Euangelii promulgatio.

SACRAMENTI Baptismatis, vtpote omnibus necessarij, materiam omnibus obuiam & ad lauandum corpus maximè propriam conuenientissimè Christus instituit, aquam scilicet naturalem & elementarem. Si autem naturà ab elementari diuersa sit, quantumuis aquæ similitudinem referat, cuiusmodi ea est quæ distillatione ex herbis, floribus aut fructibus exprimitur, huius Sacramenti materia nequaquam esse poterit; multominus quodlibet aliud. Vnde quàm grauius errarent Seleuciani manifestum est, qui propter illud Matth. 3. *Ipsè vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*, ignem baptismi materiam asseriebant. Sola igitur aqua est materia huius Sacramenti; sed remota tantum. Proxima verò est ablutio exterior, an infusione, an asperusione, an immersione eaque trinà vel vnica fieri debeat, parum refert; modò aqua totum corpus, vel partem tantum aliquam eius attingat & abluat, & semel forma proferatur, sufficit ad validitatem Sacramenti. Hæc forma apud Latinos verbis istis Euangelicis continetur, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij &c.* cui hæc apud Orientales æquiualeat: *Baptizatur seruis Christi N. in nomine Patris &c.* Nihil efficitur nisi & actus baptizandi & persona suscipiens Sacramentum verbis formæ exprimentur & significantur.

TANTÆ necessitatis est ad validitatem huius Sacramenti, ministerium sub distincta & expressa trium personarum sanctissimæ Trinitatis inuocatione illud conferre, vt si vnam vel duas tantum exprimeret aut taceret, nullum certè ministerium præstaret: Vnde minus probabile videtur Baptismum in nomine solius Christi vnquam collatum fuisse, aut Apostolos ex dispensatione diuina in nomine Iesu Christi tantum baptizasse: quidquid Nicolaus Pontifex Romanus in suo rescripto ad consulta Bulgarorum Diuum Ambrosium non satis attentè legens, contrarium dixisse videatur. Huiusmodi Trinam inuocationem Ecclesia Christi ex traditione Apostolica in scripturis fundata perpetuo & immutabiliter seruauit, ex quo Dominus discipulis suis præcepit, vt docerent omnes gentes & baptizarent in nomine Patris & Filij &c. quò sit vt circa hæreticos Ecclesiæ reuertentes pro eorum diuersa hæresi, diuersa fuerit & Ecclesiæ disciplina. Qui formam Ecclesiæ ex hæresi corrumpebant, vt Paulianistæ & aliqui Arriani, illos rebaptizandos esse censuerunt Concilia; qui autem in Baptizando formâ Catholicis consueta utebantur, hos sine nouo recipiebant baptismo.

MOS olim fuit & consuetudo apud aliquos Episcopos Affricæ, omnes, venientes ab hæresi indiscriminatim denudè baptizandi. Huic consuetudini initium dederat Agripinus antecessor sancti Cypriani, quam etiam idem Doctor propugnauit; quin etiam illa aliquandiu post eum viguit. Hanc autoritate Apostolica ferè extinctam acrius renouarunt Donatistæ: quibus præualuit Sanctus Augustinus, sicuti & Stephanus Papa Sancto Cypriano restitit, non aliâ magis quàm traditionis Apostolicæ nixi autoritate. Cyprianus autem hanc sententiam correxisse non inuenitur: sed tanta merita eum vsque ad triumphum Martyrij consecuta sunt, vt charitatis, quæ exercebat lucem, obumbratio illa fugaretur, & si quid in eo fuerat emendandum, tamquam sarmentum fructuosissimum, ipse purgaret falce suæ passionis. Solemnis baptismatis minister solus Episcopus vel Parochus; seu ex eorum concessione simplex sacerdos, aut Diaconus; si verò necessitas urgeat, homo quilibet potest esse: Laicus, fœmina, hæreticus, imò etiam non baptizatus; idque propter summam huius Sacramenti necessitatem, quæ tamen ipsius voto suppletur in adultis, in quibus & in infantibus martyrium eandem vim habet. Hinc triplex baptismus, fluminis scilicet, flaminis & sanguinis.

EFFECTVS Baptismi multiplex: per illum non solum peccatum originis in paruulis; sed etiam in adultis tum originis, tum actuale, & omnes pœnæ pro his debite, siue illæ sint temporales, siue æternæ remittuntur. Præterea gratia sanctificans cæteris virtutibus & donis circumdata infunditur. Requiritur in adultis contritio saltem imperfecta, quæ si deficiat, aut cum peccato mortali vel fictione baptizandus accedat, imprimitur quidem in eo character, sed nihil ipsi prodest; si verò baptizatus respiciat, & fictio recedat, statim iis muneribus donatur quibus ob malam voluntatem destitutus fuerat, & incipiunt ipsi prodesse, quæ antea prodesse non poterant. Subiectum baptismi omnes esse possunt, modò consenserint, vel etiam infantes nondum vsu rationis videntes, quibus multo securius est vsque ad adultam ætatem non differri, reique valde parentes sunt qui differunt. Baptizatorum filios, quamuis adhuc hæresim vel etiam ad paganismum defecerint inuitis parentibus habet Ecclesia baptizandi; sed à Christiana mansuetudine alienum esse videtur, vt infidelium non seruorum infantes iis inuitis baptizentur.

POST fontem superest vt perfectio fiat, quando per Confirmationem, quæ est Sacramentum nouæ legis, baptizatis additur robur & fortitudo spiritus ad firmiter credendum & fidem ipsam intrepidè confitendum. Eius materia remota est Chrisma ex Balsamo & Oleo mixtis confectum, & ab Episcopo benedictum. Proxima est vinctio, digito Episcopi in fronte per modum crucis facta. Probabile videtur Apostolos in Confirmatione nonnumquam chrismate vfos fuisse, & aliquando illam per solam manuum impositionem ex dispensatione contulisse. Forma huius Sacramenti apud Occidentales his verbis continetur: *Consigno te signo crucis & confirmo te chrismate salutis, in nomine &c.* Cui correspondet hæc Orientalium: *Signaculum donationis Spiritus sancti*, & pro validitate Sacramenti sufficiens est. Minister illius ita solus est Episcopus vt simplex Sacerdos etiam ex dispensatione summi Pontificis, illud conferre non possit. Non est absolutè necessarium ad salutem. Verum tempore persecutionis, & contra graues tentationes sapienter occurrentes saluberrimum est remedium: vnde grauius peccant, qui contemptu aut negligentia, tam forti & valido non muniuntur Sacramento, non enim citra culpam possunt negligi aut contemni Sacramenta; quæ sunt fontes Saluatoris.

De his, Deo duce, & Præfide S. M. N. THOMA FORTIN, Doctore Theologo sacra Facult. Parisiensis, S. Christophori pastore vigilantissimo, Gymnasiarcha ac Socio Hærcuriano, respondebit LEONARDVS DELAMET, Parisinus, eiusdem Sacra Facultatis à Regia Societate Nauarrica Baccalaureus, Regalis Ecclesiæ B. Thomæ in Lupara Decanus & Canonicus, ac S. Pathusij Prior, Die 26. Iunij, An. Dom. 1655. à meridie ad vesperam.

IN REGIA NAVARRA.
PRO MINORE ORDINARIA.